

Ann.: Die fast ausschließlich osterländischen Zeugen, von welchen außer dem Bischof von Halberstadt keiner in den nächstliegenden Urkunden genannt ist, waren sicher nicht in Frankfurt, sondern bei der früheren Handlung, welche nach den Zeugenreihen von No. 96 und 97 zum Mai 1206, also wahrscheinlich zum Tage zu Altenburg gehören wird. Dazu kommt, daß Markgraf Dietrich bereits am 25. April (vergl. No. 108) für das Kloster Reinsdorf mit

5
 :Philippus secundus dei gratia Romanorum rex et semper augustus.: | Pium est et salubre ꝛcclesiarum dei commodis operosius inherere et ab ipsarum inquietudine ob spem remunerationis eterneꝝ pravorum hominum insolentias coartare. Qua | propter ad universorum imperii fidelium tam presentium quam futurorum noticiam duximus preferendum, quod dilectus consanguineus noster Theodericus marchio Missnensis in nostra
 10 constitutus presentia saluti sueꝝ consulens intimavit nobis et confessus est, quod curtis illa, que Antiqua Cella nuncupatur, in qua ipse frequenter venandi causa manere consuevit, cum fundo et omnibus eius appendiciis monasterio de Cella pertineat, quod in illo loco ꝛcclesia prelibata primitus fuerit constituta. Unde ad honorem sancteꝝ dei genitricis et
 15 virginis Marie et ob reverentiam Cisterciensis ordinis ante dicti karissimi consanguinei nostri precibus annuentes locum eundem cum omni integritate et iure confirmamus monasterio de Cella et fratribus deo ibidem famulantibus perpetuo possidendum, statuentes et sub interminatione gratie nostreꝝ firmiter precipientes, ut nullus successorum vel heredum ipsius marchionis curtem eandem sibi vendicet aut ipsam a iurisdictione et potestate
 20 monasterii Cellensis occasione aliqua efficiat alienam. Ad cuius rei certitudinem et robur inviolabile presentem paginam conscriptam regieꝝ maiestatis sigillo iussimus communiri. Testes hii sunt: Conradus Haluirstadensis episcopus. Engilhardus Nvvenburgensis episcopus. Hermannus lantgravius Thuringie. Conradus marchio de Landisperc. Comes Didericus de Grösche. Comes Lambertus. Albertus de Drözik. Albertus de
 25 Vrobure. Heinricus de Chorum. Cono de Minzinbere. Fridericus de Rotinbure et alii quam plures.

Datum apud Frankinfort anno dominiceꝝ incarnationis millesimo ccc. vii., pridie non. maii, indictione decima.

(SFR.)

30

110.

Markgraf Konrad beurkundet die Beziehungen der Bewohner des Dorfes Niendorf, von welchem Graf Friedrich von Brehna 24 Hufen sammt der Kirche an das Peterskloster auf dem Lauterberge überwiesen hat, zu dem Landdinge zu Delitzsch. **Landding Delitzsch, 1207 Juni 3.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 159. Das nur in Bruchstück erhaltene S., hinten mit Pergamentstreifen befestigt, = Taf. IX. 8.

35

Gedr.: Köhler, Das Kloster des heil. Petrus 57.

Ann.: Petersberger Handl. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 32 und 87 Anm. 2.

:In nomine sancteꝝ et indiuidueꝝ trinitatis.: Conradus dei gratia Orientalis marchio. | Instabilitatis corruptelam ex primi parentis corruptione trahentes stabile nil